R. GOSCINNY

Asterix

A. UDERZO

CAELUM IN CAPUT EJUS CADIT

Composuit pinxitque Albert UDERZO




LES ÉDITIONS ALBERT RENÉ


TCHAC!!
DELIRANT ISTI ROMANI !


PAULO LANGUIDIOR ESSE MIHI VIDEOR, OMNIPOTENTIX !...
NULLAM OMNINO, OBELIX, MAGICAM POTIONEM TIBI DABO ! TE INFANTEM IN EAM OLIM INCIDISSE MILLIES TIBI DIXI !

« Fratri meo, Bruno, cui omnia debeo. »



Bruno (1920-2004) et Albert Uderzo, 1942

Bruno septem annos major natu erat quam Albert. Pueri egregii ingenio crescente, in Lutetiae officinam quae libros edebat fratrem Bruno primum duxit. Aestate MCMXL erat. Albert annos natus tredecim erat. Veneratione, pietate fratrum consiliorumque omnium societate duo fratres conjunctissimi erant.

GOSCINNY ET UDERZO
PRODUCUNT
ASTERIX IN NOVUM LABOREM MISSUS

CAELUM IN CAPUT EJUS CADIT

Composuit pinxitque **Albert UDERZO**

In Latinum convertit : Anna Coloniata Fuxeana

Disposuerunt
Atramentum : Frédéric Mébarki
Litteras : Michel Janvier
Colores : Thierry Mébarki
In ordinem : Studio 56



LES ÉDITIONS ALBERT RENÉ
26, AVENUE VICTOR HUGO 75116 PARIS.
www.asterix.com



ANNO A. D. N. L. : *GALLIA EST OMNIS DIVISA IN PARTES TRES...*
GALLIA CELTICA TOTA A ROMANIS TANDEM OCCUPATA EST... TOTA ? MINIME VERO ! VICUS QUIDAM, CUJUS INVICTI GALLI INCOLAE SUNT, LEGIONIBUS INVADENTIBUS RESISTERE ETIAM SEMPERQUE PERGIT. NEQUE AUTEM VITA FACILIS EST LEGIONARIIS ROMANIS IN CASTRIS VALLO FOSSAQUE COMMUNITIS. QUAE APPELLANTUR : CRUSTULUM, AQUARIUM, SOMNIFERUM PARVIBONUMQUE...



ASTERIX VIR FORTIS NOSTER EST QUI OMNES HOS LABORES GERAT. STATURA BREVIS, AT INGENIO CALLIDUS ACERQUE ANIMO GALLUS EST. ITAQUE ILLI OMNIA PERICULA SUSCIPIENDA SINE ULLA DUBITATIONE DANTUR. VIM SUPRA HOMINIS NATURAM E DRUIDAE MAGICA POTIONE EXCIPIT.



OBELIX ASTERIGIS CONJUNCTISSIMUS AMICUS EST. INGENTIA SAXA RESECTA FERRE EI CURAE EST. APROS PUGNASQUE PERITE GESTAS QUAM MAXIME AMAT. OMNIA AUTEM DE MANIBUS SUIS DEMITTERE SEMPER PARATUS EST UT ASTERIGI COMITEM AD NOVOS LABORES SE PRAEBEAT. OBELIGIS COMES EST NOTABENIX, NOTUS CANIS UNUS QUI NATURAM TANTUM AMET UT MAERORE ULULET QUOTIENSCUMQUE ARBOR ALIQUA SECATUR.



OMNIPOTENTIX, VICI AUGUSTUS DRUIDA, VISCI RAMOS SECAT MAGICASQUE POTIONES COQUIT. IN PRIMIS PRAESTAT IN QUADAM POTENTISSIMA POTIONE QUAE BIBENTI QUASI DIVINAM VIM DET. ALIAE AUTEM ILLI SUNT COQUENDI ARTES QUAS IN SUBSIDIUM TENET.



ULTIMUS NON MINIMUS, MANUMILITARIX VICI DUX EST. GRAVISSIMUS, FORTISSIMUS, SUSPICIOSISSIMUS, REI MILITARIS JAMDIU EXPERTUS EST : A SUIS COLITUR, TIMETUR AB HOSTIBUS. MANUMILITARIX AUTEM NIHIL NISI HOC UNUM TIMET : NE IN CAPUT SUI CAELUM CADAT ! AT, UT IPSE SAEPE DICIT, "NONDUM EST CRAS QUOD NON HERI FACTUM' ST !"



ARMAVIRUMQUECANIX BARDUS EST. CUJUS INGENIUM ALITER AB ALIIS AESTIMATUR : DICITUR A VERGILIO POETA IPSO IMITATUS ! SE PRAECLARISSIMUM IPSE PUTAT, CETERI EUM INAUDITUM SENTIUNT. AT CUM NIHIL DICIT, LAETUS COMES MAGNI PRETII HABETUR.




CARPE DIEM, ASTERIX ! NESCIO QUID MONET NOBIS OPTIMUM TEMPUS ESSE APRI CARPENDI !
UT POETA DIXIT, OBELIX !
ECCE ! QUID TIBI DICEBAM ?
CERTE, DILIGENTER AUTEM ATTENDI ! SINGULARIS EST HIC APER... TOTUS DEFIXUS HAERET !!!
AT EI IPSI QUID ACCIDIT, QUAESO ?... RIGIDUS TAMQUAM LIGNEUS EST !
?!
?
EHEU !
NULLO MODO SIC EST ESCULENTUS !
MULTO POST...
NON EST ID QUOD ACCIDERE SOLITUM' ST ! OMNES APRI QUOS INVENIMUS INSOLITO CORPORIS MORBO AEGRI VIDENTUR, ASTERIX !
CERTE, ITA' ST ! AVES ETIAM CANTARE JAM DESINUNT ! MIRUM EST ID SILENTIUM QUOD PERCIPIMUS !
SISTE GRADUM, OBELIX ! NESCIO QUID MONET NOBIS AD VICUM TEMPUS ESSE REDEUNDI !!!
?!
AT APRI ? ET EGO ? SINE APRIS AUTEM QUID MIHI FIET, MIHIMET ?!
SUNT INTERDUM NONNULLAE RES GRAVIORES QUAM APRORUM BONA VALETUDO, OBELIX !
JOCATUR ASTERIX ILLE ! DE BONA VALETUDINE MEA TAMEN AGITUR MIHI !!!
AGE, ID' ST ! NUNC CONFICIOR FAME !!
GROUi!!!
-UDERZO-04



SALVE, MUTATISMUTANDIX ! NIHIL NOVUM PERCIPISTI ET INOPINATUM IN... ???
OHE ! OHE ! NONNE ME AUDIS ?
AT ILLE... AT IPSE QUOQUE DEFIXUS HAERET !!!
PISCES
MODUSVIVENDIX
?!?
?!
NIHIL AMENTIUS EST ! SIMILIA EIS SUNT SIGNA MORBI ATQUE APRIS ! CELERRIME MIHI ADMONENDUS' ST DUX NOSTER, MANUMILITARIX !!!
2A 33
BISREPETITA ! INFELIX MULIER !! EADEM SIGNA PATITUR ? UTINAM...
A TE VENIAM PETO, BISREPETITA, RES QUIDEM URGET !
DUX ! DUX ! DU... ?!!
PER TEUTATEM !!! TOTUS VICUS IN GRAVEM MORBUM CECIDISSE VIDETUR !!! MIRUM' ST !!!
MONSTRUM' ST ! IN HORRENDIS SOMNIS SUMUS, OBELIX !
NUNC AUTEM VIDISTI ! RIDEAMUS NON LICET !!!
?
2B 33
-UDERZO-



QUAM CELERRIME AD DRUIDAM NOSTRUM CURRAMUS ! FORSAN ILLI UNI HAEC CALAMITAS NON DAMNO FUIT !
¡TA'ST ! TEUTATEM LAUDEMUS ! EUM AUTEM MOVERI VIDEO !
INCREDIBILE EST ! IN SILVA OMNIA ANIMALIA OMNESQUE HOMINES IN VICO CECIDISSE IN INSOLITUM MORBUM VIDENTUR ! TAMQUAM SI OMNIA LAPIDEA FACTA SINT, TE EXCEPTO ! QUOMODO FIT ?
EHEU !... NESCIO DE QUO LOQUARIS, ASTERIX !!
HOC UNUM SCIO A ME MAGICAE POTIONIS OLLAM TUM PERFECTAM ESSE ! QUAM VIX GUSTAVERAM CUM INSOLITUM TORPOREM SENSI IN CORPORE TOTO !!!
?!
SNIF SNIF
PLURA NE DICAM, NOS SOLOS HOC PRODIGIUM EFFUGISSE INTELLIGO ! QUOMODO AUTEM HOC EXPLICEMUS, ASTERIX ?
CAUSAM INVENI, UT OPINOR !
DIC, QUAESO !
SIMPLICITER, MAGICAM POTIONEM !
FORTUNA ADJUVANTE, POTIONEM TUAM GUSTASTI TANTUMQUE BIBISTI UT ISTIUS MORBI GRAVEM VIM EFFUGERIS ! EGO AUTEM IPSE PAULUM BIBI ANTEQUAM AD APROS VENANDOS PROFECTUS SUM !...
NIHIL AD OBELIGEM AUTEM PERTINET QUAESTIO !
INGENS SUSPIRIUM !
AD NOTABENIGEM AUTEM PERTINERET, QUI TAMQUAM NOS OMNI DAMNO INTEGER' ST !
OBELIX, TIBI FATENDUM EST, POTIONEM BIBENDAM NOTABENIGI DEDISTI !
OH ! PARVULAS QUIDEM STILLAS, HAUD SANE PLUS !
- UDERZO -


TE LAUDO, ASTERIX ! TE QUIDEM SANAE MENTIS TUAE OMNIS ESSE MIHI CONSTAT !...
CERTE, SED...
TIBI CONFIDIMUS, O DRUIDA NOSTER, VALIDUM CARMEN A TE INVENI POSSE AD AMICOS NOSTROS ISTO MORBO EXSOLVENDOS QUI EOS OPPRIMAT !
AD APROS QUOQUE, UT SCITIS !
?!!
MIHI CAUSAS IGNORANTI CUR TALE PRODIGIUM IN VICUM NOSTRUM ACCIDAT...
.... QUAE REMEDIA INVENIRE POSSIM NON VIDEO, ASTERIX !
EIA VERO ! MAGICAM POTIONEM NOS INTEGROS TENERE JAM SCIMUS !
NONNE CREDIS APRIS QUOQUE POTIONEM DARI POSSE, AST...
4A 33
OBELIX, GRAVITER AURES MEAS CAPUTQUE FRANGERE COEPISTI CUM APRIS TUIS ! ESSE NONNULLAS RES GRAVIORES NOBIS QUAM APRIS TIBI JAM DIXI !!!
?.
TUM RES FACTU FACILIS ! MOX NIHIL JAM ALIUD NISI UMBRA MEI IPSIUS ERO !
HUAH ! HUAH ! HUAH !
?!?
KAÏÏÏÏ !
4B 33
UDERZO


PER TEUTATEM!!!
QUAE EST ISTA HORRIBILIS RES QUAE NOS OBRUTURA'ST???


?!
?!
?!
VENIA SIT DICTO ! OBLITUS SUM IN LINGUAM VESTRAM CONVERTERE VERBA CUM COMPUT. T. T. T... VEL DICAM, COMPUTATORIO MEO !
CLIC
EH, TU ! QUIS ES ? UNDE VENIS ?
ET QUAE EST ISTA INGENS MACHINA EX QUA EGRESSUS ES ?
REM VOBIS EXPLICABO !
DECEMNASUTUS SUM ! E LONGINQUA STELLA VENI, E DECEMNASUTIA, VECTUS IN INTERSIDERALI NAVE MEA... HAEC' ST !
QUID ?... QUID ERGO DIXIT ?
DIXIT, UT OPINOR, SE EX ALIQUA STELLA DESCENDISSE, HOC MONSTRUOSO VEHICULO ADJUVANTE, DIXITQUE CUM VERBIS QUAE NON PLANE INTELLEXI !
CONSTAT, UT OPINOR, QUANTUM MORES CULTUMQUE NOSTROS MULTO SUBTILIORES SINT QUAM VESTROS !
SNIFF! SNIFF!
EH, TU ! GENUS VIOLACULARUM, CAVE ! SI NIHIL ALIUD AGAS QUAM HOC DICAS, OPTIMUM SIT TIBI REDIRE IN NESCIOQUAM DECEMNASUMACHINAM !!!
?
PACEM FACIAMUS EFFICIAMUSQUE UT INTELLIGAMUS !
ZIPP!
TCHOK!
!?
UDERZO


EN HOC' ST ! QUID EST ETIAM HOC NOVUM ORGANUM ?
SUBOLES DUPLICATA EST, SUPERSUBOLES QUAE NON RECTAM RATIONEM DUXIT DE TERRAE VESTRAE GRAVITATIS VI QUAE POTENTIOR EST QUAM NOSTRA !
SUPERSUBOLES VERO ARMIGERI SUNT INTER AEDILES QUI NOBIS SECURA TENERE OMNIA DEBENT !
SNIFF SNIFF
ET CUM RECTAM RATIONEM DUCUNT, AMBULANDI FACILE FACULTATEM HABENT PER OBSTANTEM GRAVITATIS VIM !
?!
ALIQUID FORTE NUNC INTELLIGIS, OMNIPOTENTIX ?
NIHIL OMNINO ! NESCIO UTRUM MIRA AN IMMANIA SOMNIA SOMNIEM !!!
MIHIMET, MAGICAE POTIONIS PAULULUM DATE, TANTUMDEM FACIAM !
QUID ERGO DICIT ?
DIXIT TE CRASSAM SUBOLEM VIDERI !
QUID ?
UDERZO


DZING!
BONG!
CRASSUS! NON SUM
TCHAC!
DIC AUTEM BONA FIDE!
OBELIX NOSTER INGENIUM QUOQUE HABET AD OBSTANTI GRAVITATE FERENDUM, NONNE CREDIS, VIOLACULE?
DA VENIAM AMICO NOSTRO, QUAESO, QUOD ALIQUAS SENTENTIAS PESSIME SUSCIPERE SOLET!
SAT! NON TANTI INTEREST! EX LABORE SE REFICIET!
CETERUM, EUM SUBOLEM REFICERE POSSUMUS, SI NECESSE' ST, AUT IN ARANEAM SUPERBOLEM, AUT IN VESPERTILIONEM!
?!?
8A 33
QUIN ETIAM, IN NULLA RE OFFENDITUR AMICUSQUE VESTER AB EO QUODLIBET OFFICIUM PETERE POSSIT SI VELIT!
!
OPTIME! OMNIUM OBLIVISCAMUR!... HE.... TE POSSE AD ME REDDERE OFFICIUM PARVUM?
VULGARI SERMONE CUM EO LOQUI POTEST, COMPUTATORIUM EJUS VERBA TRANSFERT!
HOCNE AD ME REFERRE POTEST?
HOC' ST APER! VERBA MEA INTELLEXISTI?
VIDEBIMUS AN APRORUM VENANDORUM TAM PERITUS SIT QUAM EGO, ILLE TENUIS NOSTER!
NULLO MODO POTES EMENDARI, OBELIX!
8B 33
UDERZO


PRO CERTO HABEO TE MACHINAMQUE TUAM ISTUD PORTENTUM CONCITASSE QUOD VICI NOSTRI VITAM IMMOTAM CONTINET !
ITA, PROFECTO ! STULTUS SUM ! OBSTANTEM COLLIDENDI MAGNETICAM VIM INTERRUMPERE OBLITUS SUM !
PAF !
NUNC FAC CONSISTAT ! AUT CUM HOC PUGNO MEI SE COLLISURUS ES !
PACEM FACIAMUS ! STATIM REM RESTITUTURUS SUM !
DUM REM AGIS, QUANTUM IN TE EST, A NOBIS AVERTI POSSIT HOC MONSTRUM QUOD CAPITIBUS NOSTRIS IMMINET ?
RES ILLA QUOQUE CURAE EST MIHI !
?!
9A 33
AT VIDETE ! ISTI NON SUNT APRI !
ROMANI ESCULENTA ANIMALIA NON SUNT, NAPI GLOBULE *!
* HOC EST NAPOCAULIUM NOVUM GENUS
SUBOLES SUM ! SUBOLET MIHI ! HUC NON VENI UT NONNULLIS RUSTICIS LUDIBRIO SIM !
BONG !
FUNAMBULORUM ISTORUM IGNORANTIA CAPUT MEUM RUMPIT !
ARS LONGA, VITA BREVIS, MI OBELIX ! FORTASSE SALTANDI SCAENOGRAPHIA NONDUM EST TIBI !
HUAH ! HUAH !
9B 33
UDERZO


EUGE ! EXONERATI SUMUS, LIBERI MEI ! MONSTRUM AVERSUM' ST RURSUSQUE SOL LUCET OMNIBUS !
COCORICOOO
ET VITA IN VICO RENASCITUR, OMNIPOTENTIX !
10 A 33
MODUSVIVENDIX
QUOUSQUE TANDEM ABUTERE MERCE NOSTRA, MODUSVIVENDIX !
SPLATCH !
PEPITA MEA ! MIHI BALNEUM FRIGIDUM SUBITO FACTUM' ST ?!
NONNE RES INDIGNA AURIBUS ? DIRUMPOR !!!
ARMA MALLEUMQUE CANO...
DZING ! DZING !
TCHONC !
10 B 33
-UDERZO-05


PIF!
PAF!
BING!
EXSPECTATE ! SINE ME PUGNARE AUDETIS, FURUNCULORUM TURBA !
PER BELENUM ! QUANTO GAUDIO EST NOBIS VICUM RENASCENTEM SPECTARE !
QUO VADIS, AMICE ?
IN SILVAM REDEO AD APROS INSPICIENDOS, SI FORTE VITAE SENSUM RECEPERINT !
MODUSVIVENDIX
EHO !... NE AUDACIA QUIDEM VOBIS DEFUIT, LEGIONARII !
EHEU !... CASTA MATRONA... RIDEBIS, SED...
... IGNORAMUS QUOMODO IN HUNC LOCUM PERVENERIMUS !!
HEIA AUTEM ?
11A 33
POC!
TCHAC!
BING!
MACTE ANIMO, GENEROSI PUERI, SIC ITUR AD ASTRA... NUNC EXITUM INVENIETIS !
PAF!
HOC EST INCREDIBILE QUOD VIVIMUS, ASTERIX !
TANTUM'ST ! UTINAM SINE MORA AD SUBTILEM STELLAM QUAM SUBTILISSIME PROFICISCANTUR !
TEMPUS EST, UT OPINOR, REM VOBIS EXPLICARE ! HAEC EST CAUSA CUR APUD VOS VENERIMUS !
IRRITUM'ST !
PROFECTO ! HAEC SUBOLES NOBIS REFICIENDA'ST !
TCHOC !
11B 33
-UDERZO-



VICI DIES FESTUS EST ? TEMPUS ESSE LUDENDI VESTIBUS MUTANDIS NESCIEBAM ?!
FORTASSE NOVUS MODUS VESTIENDI EST ROMANIS LEGIONARIIS ?
MIRUM' ST QUOMODO INTER VOS NULLA SIMILITUDO SIT ! IN DECEMNASUTIA, NOS OMNES SIMILISSIMI SUMUS ! NOMINA NOSTRA SIC COGNOSCERE FACILIUS EST NOBIS !
!?!
ILLI CELSO HOMINI, QUALES LACERTI SUNT !
TIBI FORTES LACERTOS DARE QUAMVIS COPIOSE MIHI LICUIT ! ! !!
DOMUM REDI !
SED QUAE SUNT ETIAMNUNC ISTAE AVES ?
?!!?
ALIENI SUNT QUI A NOVO MUNDO AD NOS VECTI SUNT IN HOC METALLICO INGENTI GLOBO !
!?!
CAELUM IN CAPUT NOSTRUM CASURUM'ST !
- UDERZO -



QUID OMNIA SIBI VOLUNT !?! JUBEO ISTOS DUOS HISTRIONES DEFERRI IN CASAM MEAM !
PAULO POST...
QUIDUM ? ITANE ? IN LUNA ESTIS, VOS OMNES ? NONNE MULTUM DIFFERT CUM IN TERRA PEDES NUNC HABETIS ?
RECTISSIME VENIMUS E GALAXIA ALIQUO QUINQUAGINTA STELLIS FORMATO : PRO SE QUAEQUE, CUM VICINA, PACE FRUITUR !
BENE VOBIS ! TUM APUD VOS SUPEROS OMNIA LUCENT, SUPER CAPITA NOSTRA NOCTE ACCENSA !
FIERI NON POTEST ! JAM DIU STELLAE NOSTRAE EXSTINCTAE SUNT CELERIUSQUE QUAM LUMEN VEHIMUR !
?
?
ETENIM, QUOMODO CLARIUS IN EA RE VIDEMUS ? QUID ERGO APUD NOS PETITIS ?
A PATRUM DOCTISSIMORUM GALAXIA NOSTRI SENATU MISSUS SUM QUI VERI MAGNIQUE PERICULI VOS MONEAM : MANGANA !
HUNC AUDI, VIR OPTIME ! HOC UNUM TIMEMUS NE CAELUM IN CAPUT CADAT !
HOC UNUM, AUDITUM' ST !
ITA' ST, UT DICIS ! MANGANA QUOQUE, SUBDOLUM GENUS, VOBIS ESSE OCCULTUM TELUM AUDIVERUNT ATQUE AD TELUM CAPIENDUM HUC IRRUPTURA SUNT !
SED QUOMODO NOBIS ESSE "OCCULTUM TELUM" AUDIVISTIS ?
ET QUID FACIETIS NE HOC CAPENT ?
TOTUM UNIVERSUM HOC TELUM VOBIS ESSE AUDIVIT ! ITAQUE PRUDENTIA MISSUS SUM QUI A VOBIS HOC DETRAHAM !
!?!
PLANE ! MIHIMET, CUM ADOLESCEBAM IDEM CORPORIS HABITUS ERAT QUAM ILLI !
CAPITIS RATIONE, ENIMVERO ! PACE TUA DIXERIM, TIBI PUERI NOMEN IMPOSITUM' ST "NUTRICIS FIBULAE CAPITULUM" !
PFEFF !!!
LUDIBRIO ME HABES, FORTASSE ?
ITANE TANDEM ?
13A 33
13B 33
- UDERZO -


PAF!
BING!
BANG!
TCHOC!
JUCUNDI SUNT ISTI, AT INSOLITUM LUDENDI MODUM HABENT !
EHO! CONSISTITE! PAULULUM NOBIS DICATIS VELIMUS ?!
NOBIS DISSERIS NESCIOQUOD LUMEN VARIA VELOCITATE VAGANS, NESCIOQUAE MAGNA VEL MANGANA, ETCETERA, AT...
... REMOTIS JOCIS ! NUM NAM ILLIUS NOTISSIMI "OCCULTI TELI" FORMAM COGNOVISTI ?
NON TAM ! SED OMNIA QUAECUMQUE IN HOSTES VESTROS EFFICIANTUR NOVIMUS ! HOC TELO MIRABILIS EFFECTUS VIDERI DEBET !
14A 33
IN PARVIBONI CASTRIS...
AGEDUM ! LEGIONARII ! NUMNE SIC VOBIS DUX SALUTANDUS EST ?
HEM !... CENTURIO ANTEPAENULTIME !... INVITI NESCIIQUE VELUT CASU IN INVICTORUM VICUM INCIDIMUS !
UT ITA DICAM !... ERANT CUM INSOLITIS MULTIS QUI VOLANTES EGRESSI SUNT EX INGENTI GLOBO IN AERE VELUT PENNIS PENDENTE...
GNNNNNNNNNNNN!
AGITE ! CONJICITE ISTOS DUOS EBRIOSOS IN TUGURIOLUM* !
* CASULA AUT CARCER
HEU NOS MISEROS ! TIBI DIXI, NUMQUAM NOS CREDI POTEST !
14B 33
- UDERZO -



* R.I.V. QUOD EST O.V.N.I. GENUS.

- UDERZO -




RRROOOOAAOOOO
QUIS DUX HIC ?
HIC'ST ILLE !
HIC'ST ILLE !
HIC'ST ILLE !
HIC'ST ILLE !
HIC'ST ILLE !
HIC'ST ILLE !
HIC'ST ILLE !
TUM TE MORTIFERUM TELUM HABERE CUM MAGNA «POTIONTIA» ?
EIA VERO ! EX HIS VERBIS MAGICAM «POTIONEM» SIGNIFICAS, VIR OPTIME ! VERO EAM NON HABEMUS, IMMO CONTRA EAM PATIMUR, SED APUD GALLOS IN SILVAE ALTERA PARTE EAM REPERIES ! FALLI NON POTES PRO EO QUOD IBIDEM CRASSUS ALIQUIS EST QUI EAM ASSIDUAM TENEAT !
ITAQUE, PAULO POST...
TCHRR
TCHRR
OPTIME ! NUNC QUONIAM PROFECTUS EST, OMNIA OBLIVISCAMUR CASTRAQUE REPARATE QUAM CELERRIME !
AGENDUM' ST ! QUISNAM EST DUX HIC ?!
UDERZO



INTEREA IN GALLORUM VICO...
QUAE AUTEM SUNT ISTA MANGANA QUAE VOS TANTUM PERTERREANT ?
DE GAMMATA STELLA VENIUNT VOLUNTQUE MUNDI TOTIUS DOMINI ESSE SOLI !
QUIDUM ! VENIRE POSSUNT ! ISTOS ACCIPERE RECTE POSSUMUS ! TE GRATUM HABEAMUS !... QUID TIBI NOMEN' ST, PUER ?
PU... PULLUS NOMINOR !
EGOMET, ASTERIX. ET ILLE OMNIPOTENTIX, DRUIDA NOSTER, SAPIENTISIMUS DOCTISSIMUSQUE IN VICO !
SAPIENS NOSTER, IN DECEMNASUTIA, NOMINATUR GUGG'AST !
HAHAHAE ! SINGULTUM TIBI ESSE CREDEREM !... MI PULLE, AD PRANDIUM TE INVITARI MULTO GAUDIO NOBIS ESSET, AT NUNC APRI NOBIS DESUNT !
A ME IGITUR AD CIBUM NOBIS GRATISSIMUM DEGUSTANDUM INVITAMINI !
CLAC !
"CANIS CALIDUS" HIC' ST ! QUIN ETIAM EXQUISITUS ROBOREMQUE FERENS, VIDEBITIS !
!?
TAESUM' ST ! MIHI NON LIBET, EXCUSOR !
17A 33
NOTA BENE, MI NOTABENIX ! FELIX QUI POTUIT APRORUM COGNOSCERE CAUSAS ! QUORUM BONA VALETUDO REGRESSA MIHI MAXIMO GAUDIO EST !...
HUAH !
?
NUNC VERO, MODUM TRANSIRE MIHI VIDENTUR ISTI ROMANI !!!
KAI!!!
17B 33
- UDERZO -


QUAE ETIAM'ST ISTA RARA AVIS IN TERRIS NIGROQUE SIMILLIMA CYCNO ?
SI TE HABERE MAGNUM CUMULUM TELORUM MORTIFERORUM TE MIHI DONARE !
SI APROS MEOS MIHI RAPERE TEMPTAVERIT, DIGITIS MEIS PALMA DANDA ERIT ISTI !
ET SI TE RESISTERE CAELI FULMINI, TE MORTIFERUM TELUM HABERE !
TZZIOOO.
18A 33
O MAXIME O SAPIENS MIGDILIX ! HE ! ME INVENISSE TELUM MORTIFERUM !
HEU ME MISERUM ! DUOS APROS MEOS PERDIDI, HEU ME !
NUNC TE MIHI DONARE TELUM MORTIFERUM IN OCCULTO, SI NON...
HEUS TU, PROCERA LOCUSTA, MEOS APROS MIHI RESTITUES CONFESTIM, SI NON...
YEEEE!
TCHOC!
18B 33
UDERZO


SPLONTCH
TCHAC
POTCH!
PATCHOC
ZONG
?
19A
33
BLING
BLANG
EGO QUOQUE STREPITUM FACERE SCIO!
BLONG
BLUNG
FESTINA, NOTABENIX ! DE LOCO DISCEDAMUS ANTEQUAM RUMPAR !
POC!
NOTABENIX, UBI ES ? NON JAM TE VIDEO AURESQUE MEAS HI STREPITUS OBTUDERUNT !
HUAH ! HUAH !
POC!
QUID ACCIDIT ? SICUT APROS MEOS **NOTABENIGEM MEUM PERDIDI !!**
?!
19B
33
- UDERZO -


IN VICO, ASTERIGIS DOMI...
QUISNAM EST CASUS BELLI INTER MANGANA VOSQUE ?
INVIDENDI ULCISCENDIQUE CUPIDO IN NOS MANGANA INCITAT ! NOS IMITANTUR, NOBIS AUTEM INFERIORES SUNT IN MACHINARUM SCIENTIA !
ITAQUE ISTIS CAPTANDUM' ST NOTISSIMUM OCCULTUM TELUM QUOD TENEMUS, QUAMQUAM HAUD SUBTILIORES SIMUS !
ASTERIX ! OMNIPOTENTIX !
?
?
VIDETE QUID RARA AVIS QUAEDAM NOTABENIGI FECIT !
HOC MANGANORUM SIGNUM' ST !
NOTABENIX ? SED UBI EST ?
HIC' ST, AT MALE' ST EI ! FORMAM PERDIDIT !
PAENE EUM PEDIBUS CONTUDI ! ALIQUID FAC, OMNIPOTENTIX !
TIMEO UT NIHIL FACERE POSSIM, MI CARE OBELIX !
UT CONSTAT, IN NOTABENIGE POTIO NIHIL JAM PROFICIEBAT !
HUAH! HUAH!
DISCEDITE ! EGOMET ALIQUID FACERE POSSUM !
!
FORMAM RECUPERAVIT ! MULTAS GRATIAS TIBI AGO, VIOLACULE !
HUAH!
PCHOP!
ADJUVANTE FORTUNA, OMNES ARMORUM EORUM EFFUGIENDORUM VIAS SCIMUS... EODEM MODO OMNIA ARMA NOSTRA SCIUNT. MAXIMA QUAESTIO HAEC' ST !
?
!
INTER NOS, UT DUO APRI MEI REDEANT EFFICERE POTES, QUAESO ?
TUMULTUM DECERNO!! MIRA MACHINA QUAEDAM AD VICUM VOLAT!!!
UDERZO


NAOUU
WAAHOOOOOOOOO
HEM ! AVIS ISTA VICUM NOSTRUM INCENSURA'ST !
AD ASTRONAVEM MEAM ADSEQUENDAM ASCENDO !
DESILI, ARMAVIRUMQUECANIX !!!
TCHOC !
NUNC VERO AB HOC ARTIFICE PULPITUM INCENSUM DICERETUR !
UCHE! UCHE!
?!!
BONG!
UDERZO



LAUDES GRATIASQUE TIBI HABEMUS ! SINE TE, VICUS NOSTER IN CINEREM VERSUS ESSET !
QUOD ERAT DEMONSTRANDUM ! MANGANUM QUIDEM EST PERNICIOSUM !
ECCE RURSUS ISTUD QUOD APROS MEOS ABSTULIT ! CAVE, ASTERIX ! TIBI ALIQUID ABLATURUM'ST !
?
?!
ME VELLE PACEM FACERE CUM HOMUNCULIS DE TERRA !
VERE DICAS ?
IMMO VERO, NON LOQUITUR SICUT NOS ! PESSIME LOQUITUR !
ME MELIOREM CONDICIONEM QUAM DECEMNASUTUM ! ME MANGANI TELUM COMMUTARE CUM TERRAE MORTIFERO TELO !
GLOU ! GLOU !
OPTIME ! NUNC DISCEDAMUS ! UBI BIBIT ASTERIX, SALUTEM NONNULLIS PROPINAT !
22A 33
SWING !
SPLING !
HAEC' ST PERFECTA COMMUTATIO !
BZZZZZZZZ
PEUTPEUTPEUTPEUTPEUTPEUT
?!
ADSUNT MURIBUCCONES !
22B 33
UDERZO


QUAE ETIAMNUNC SUNT ISTAE MURUM BUCCAE ?
AD PUGNANDUM ORGANA A MANGANIS FICTA SUNT ! SINE MORA SUPERSUBOLIBUS MEIS CONVENTIS MIHI OPUS' ST !
SI CUM ISTIS PUGNARE DEBUERITIS, EXTRA VICUM PROELIUM SIT MAXIME ROGABO, QUAESO !
V AD V VOS AUDIO ! OP. PORT. NUM' ST, DUX !
23A 33
PEUTPEUTPEUTPEUTPEUTPEUT
23B 33
UDERZO



REQUIRAMUS ! QUID SIBI VOLUIT "QUINQUEADQUINQUE, OB PORTUM, DUX" ?
CUM INSTRUMENTIS QUIBUS INSTRUCTI VIDENTUR, PERICULUM'ST NE FERVEATUR !
UTINAM SUPERET DECEMNASUTUS, PRECOR !
DELICIAE MEAE SUNT ILLI MAGNI LACERTOSI ! ILLORUM VICTORIA DELECTABOR !
AGEDUM ! IN CASAM MEAM REDI UT VIDEAS SI IBI SIM, SENEXVELSENIGIS MATRONA !
24 A 33
WAOOOOOOOOO
24 B 33
VANITAS VANITATUM... ARMORUM TUMULTUS ISTE IN VANUM'ST ! ABEAMUS, NOTABENIX !
24 C 33
UDERZO




MIRUM' ST ! PUGNAE JAM DESIERUNT !
?
PROELIUM VANUM ! VIRES AEQUAE ! OPUS EXITUM INVENIRE !
RECTE DICIS, MANGANUM ! QUID PROPONIS AD PACEM CONFICIENDAM ?
VIDE NUNC, OMNIPOTENTIX ! PACTUM AB EIS FACTUM VIDETUR ! QUOD MIHI OMNINO NON PLACET ! CAVEAMUS !
RECTE DICIS, ASTERIX ! MAGICAE POTIONIS OLLAM PARARE FESTINO EGO, PRO NIHILO NON PUTATUR !
ME PROPONERE TERRAE HOMUNCULIS NOBIS DARE DIMIDIUM DIMIDIUM MORTIFERUM TELUM EORUM !
FAC UT TIBI LIBET, DUBITO AUTEM HOCNE AB EIS ACCIPIATUR !
25 A 33
O DUX NOSTER, CUM ISTO ALIENORUM A NOVO MUNDO PROFECTORUM GENERE, PESSIMUM EXSPECTANDUM' ST !
CUM ISTIS DUOBUS STULTIS, MIHI PESSIMUM JAM' ST !
ME PACTUM FACTUM CUM DECEMNASUTO !...
... VOBIS AUTEM ADJUVANTIBUS PACTI INTER NOS FACIENDI POTESTAS EST !
DE ILLO NOTISSIMO OCCULTO TELO NOBIS ETIAM DISPUTATURI ESTIS, ID FIERI SENTIO !
VERE ! VOS DABITIS OCCULTUM TELUM DIMIDIUM DIMIDIUM ET NOS STELLAM RURSUS !
HMMNNGNNN !
DRUIDAE NOSTRO SOLI MAGICAE POTIONIS SECRETA OMNIA SUNT ! TUM PACEM NOBIS CONCEDITOTE !!!
?
25B 33
UDERZO



EIA VERO ! NUNC HUNC DRUIDAM VISITEMUS QUI TAM DOCTUS NOBIS VIDETUR !
HEU ! HEU ! HEU ! DUX LINGUAM SUAM CONTINERE NON POTUIT !
NON ! NON ! NOLITE AB HIS LOCIS ABIRE, EUM PETITURUS SUM !
!
!
?!
CUM AB EIS NUNC OMNIPOTENTIX NOTUS SIT OCCULTUM SERVARE HOC TELUM QUOD RAPERE VOLUNT, EST IN PERICULO DRUIDA NOSTER !
... ISTIS CONSILIUM ERIT MAGICAE POTIONIS TUAE GUSTANDAE, OMNIPOTENTIX ! FUGIENDUM' ST TIBI IN TUTUM !!!
IN PESSIMIS ! SI NIHIL ALIUD FUERIT TANTI UT PACE FRUAMUR, ISTIS DABIMUS HOC QUOD PETIERUNT, ASTERIX !
PAULO POST...
LABOREMUS !... UTRISQUE MAGICAE POTIONIS AMPHORA DATURA' ST QUAM IN ASTRUM SUUM QUISQUE AUFERAT !
PESSIMUM TIMEO, CUM ISTO MANGANO !
ECCE TELUM QUOD A NOBIS PETITIS QUODQUE "MAGICAM POTIONEM" NOMINAMUS !
?!
SED QUOMODO OPUS EFFICIET HOC ?
FACILE ! MODUM VOBIS DEMONSTRABO ! BIBENTI POTIONIS PAULUM HAURIRE SAT' ST UT EI VIS QUASI DIVINA SIT !
NUMQUAM ! ME NON BIBERE ! HOC VENENUM AD INSIDIAS NOBIS !
MIHI NIHIL MIRUM ! ACCIPE, ASTERIX ! DEVOTIO TUA OPUS' ST !
SUSPIRIUM !
?!
AGE, OBELIX ! NIHIL OPTATIUS CADERE POTUIT QUAM TU SAXUMQUE TUUM !
GLOU ! GLOU !
DI BONI ! TUM MAGICAM POTIONEM POTURUS SUM, EGO QUOQUE ?
UDERZO



PAULUM RECEDI, OBELIX ! SAXUM TUUM ASTERIGI MISSURUS ES ASTERIXQUE ID MANIBUS PREHENSURUS' ST !
EHEU ME ! MIHI TANDEM DICEBAM !
MUTANDIX
?
?
PARATUS SUM, OBELIX ! MITTERE POTES !
FIDE MEA ! AD PUERITIAM DRUIDA ASTERIXQUE REVERTERUNT !
!?! •••
PAF!
HAEC' ST NOBIS ARS LUDENDI QUAM SAXIPILAE LUDUM NOMINAMUS !
TIBI NUNC !
NULLAM REM JOCOSAM DICTU FACTUQUE TANDEM VIDEO !
27A 33
ME PRIMUM BIBERE POTIONEM MAGICAM !
NOLITE VOS IMPELLERE ! OMNIBUS POTIO ERIT !
GLOP! GLOP! GLOP!
VIDEBITIS, CUM EA VOBIS MONTIUM MOVENDORUM FACULTAS ERIT !
OBELIX ! PARATUM' ST MANGANUM ! EI SAXUM TUUM MITTERE POTES !
AGEDUM ?!...
GLOU! GLOU! GLOU!
! ?
TCHONC!
!
27B 33
UDERZO


FALSAM TAMEN HANC POTIONEM SENSISSEM, O DRUIDA !
IMMO CONTRA, ASTERIX ! HAEC VERA' ST ! TU AUTEM IPSE HANC BIBISTI !
?
HUI ! MIHI FELICITER CONTIGIT
HUIC QUAESTIONI TANDEM RATIONEM UNUM INVENIO ! A NOBIS FORTE DIFFERTIS EX ALIQUO NATURAE HABITU !
CERTE QUIDEM HUIC DURUM CAPUT ESSE VIDETUR !
MALO IGNOREM QUID NOBIS PERCLAMET !
CAVETE ! INJURIAS CERTE ULCISCI VOLET ISTUD !
PEUT PEUT PEUT PEUT
HOC SENTIEBAM ! MURIBUCCONES SUOS VOBIS MITTIT !
AD ASTRONAVEM MEAM ASCENDO AD AUXILIUM VOBIS FERENDUM !
OBELIGI MIHIQUE ID FACIENDUM'ST ! HOC UNUM TIBI QUAERO NUM NOBIS SUPERSUBOLIUM TUARUM DUAS COMMITTAS !
ITA' ST ! VOS ETIAM MONEO ! NE IMPETUM IN ADVERSOS HOSTES FACIATIS, EIS ENIM SUNT ACERRIMA COSMIPOTENTIA ARMA !
NULLO TIMORE ESTO ! CONSILIUM EST MIHI !
NUNC OPTIME INTELLEXISTI, OBELIX !
SIC SIC SIC ! LUDUS ERIT NOBIS GRATISSIMUS, ASTERIX !
VOS AUTEM, SUPERSUBOLES, UBI DICO "SIGNO DATO", ALTERA AB ALTERA DISCEDITE !
HOC MAGNO USUI ESSET MIHI AD SAXA TRADENDA !
UDERZO




* "MILIA" AUT "MILLE" DICITUR

- UDERZO -



PAULO POST...
MAXIMO USUI SUNT SUPERSUBOLES TUAE, MI CARE PULLE !
UNAM EX EIS PERMUTARE POSSUM SAXO QUOLIBET ?
AGEDUM, OBELIX !
NONNN !
QUID TANDEM ? QUID ERGO DIXI ?!!
?!
WAAOUUU
PER TEUTATEM ! NOBIS SERVANDUS'ST DRUIDA OMNIPOTENTIX !
RURSUS AD ASTRONAVEM MEAM ASCENDO, ASTERIX !
?!
QUOUSQUE TANDEM ME TENEBIS, ONISCI GENUS ! ME E MANU DIMITTE !!
MAGUS SENEX ME DECIPERE ! EUM IN MANGANUM ASTRUM VENIRE AD VERUM OCCULTUM TELUM FACERE !
30A 33
TE DICERE AETERNUM VALE AD TERRAM ASTRUM, MAGE !
PRO MEA PARTE, HOC NON AGEREM QUOD AGIS, MANGANUM !
CRRRRii
WRAO OOAAA
30B 33
UDERZO



BONG!
?
PROO AAOOO
31A 33
!!?
ROO AAAOOO
CRRRAC
RROOo
POUF POUF POUF
GRIIII!
31B 33
- UDERZO -




PULLUS ISTIUS TURPIS MANGANI FUSI SPECIE NAVEM SUSTINUIT !
CAPTIVUM REMITTE, EGO AUTEM NAVEM TUAM EMITTAM, MANGANUM !
QUOMODO FACIAMUS UT OMNIPOTENTIGEM ERIPIAMUS EX ISTA MONSTRUOSA MACHINA ?
QUO NON ASCENDAM ? OLIM IN SPHINGEM* ASCENDI, IDEM FACERE POSSUM IN ISTAM RIDICULAM FERREAM STRUEM !
* ASTERIX ET CLEOPATRA
CHRR!!!!!
PER ME LICET !
?!
PER BELENUM !!! DRUIDA NOSTER IN HUMUM FRANGETUR !!!
ALIO TEMPORE, NOVAM POTIONEM FACERE TEMPTABO, QUAE MIHI VOLANDI FACULTATEM DET, UT DECEMNASUTUS !
UDERZO


ARS VOLANDI MIRA' ST ! LABOR OMNIA VICIT IMPROBUS, ASTERIX ! IN HAC ARTE NUNC ELABORABO !
IN SPE EST ! AT NUNC SUPERSUBOLI GRATIAS AGAMUS, OMNIPOTENTIX !
ETIAMSI ROMANOS PRO APRIS HABENT, BENE TAMEN MERITI SUNT, HI PARVULI !
BRAVO !
CLAP! CLAP! CLAP!
AB HOC LOCO CELERRIME DISCEDITE ! MANGANI MACHINA EMITTETUR ! SI QUID ACCIDERIT PERICULI...
EGOMET FIDEM TECUM SERVO, MANGANUM ! CUM NAVE TUA ABIRE POTEST, NUMQUAM AUTEM REDI !
QUOAD LICET, NUNC AUTEM EAM MINUS BENE PROCEDERE* !
33A 33
*HOC EST UT VENERETUR GERALDUS OURY CUM IMAGINIBUS SUIS MOVENTIBUS «DE NOTHO CATULO»
?!
WAAOOOO
VERUM DIXIT SUPERSUBOLES ! SINE MORA E CAMPIS CURRAMUS !
UTINAM NE NOBIS IN CAPUT RURSUS CADAT HIC PRESTER !
33B 33
UDERZO



?!
SPCHHH!
PER CAPRI CORNUA ! GALLI NUNC UTUNTUR ARMIS QUAE CERTE PROHIBERI DEBUISSENT, QUIBUS NON CONVENTIS IN GENAVA* !
NIHIL CONVENIENS DECRETIS EJUS !
EGO, IN HAC OMNI MIR'A HISTO'IA IGNEM SOLUM VIDI !
*HELVETIORUM URBS
DENIQUE, PEDIBUS IN BALNEO REFRIGERATIS, MACHINA AD SUMMUM RECTUM ITER REPETIT !
ME NUMQUAM REDIRE TERRAM !
INTEREA, IN PARVIBONI CASTRIS...
VIDE ! HORRIBILIS ISTIUS MACHINA E VICO GALLICO DISCEDIT !
PROPEREMUS ! NOBIS MONENDUS EST CENTURIO ANTEPAENULTIMUS !
SI QUOD DIXISTIS VERUM' ST, NIHIL EST DUBII QUIN VICUS GALLICUS DELETUS FUERIT, TAMQUAM CASTRA NOSTRA FUIT ! HAHAHAE ! NOBIS NUNC AGENDUM' ST !
OPTIONES* AUTEM VOS FACIO ! SIGNA CANERE JUBETE UT COPIAE DISPONENDAE SINT !
* CENTURIONIS AUXILIARES
LEGIONARII ! MENTE SEMPER FERVENTIUM INVICTORUM VICUS DELETUS EST ! OPPIDUM INVASURI SUMUS AD MAJOREM ROMAE GLORIAM !
PERINDE AC CADAVER ! MECUM ESTIS ?
PERINDE, CENTURIO !
UDERZO


VIVAT PULLUS VIOLACULUS NOSTER!!!
TE ADJUVANTE, DRUIDA VICUSQUE NOSTRI IMMANE PERICULUM EFFUGERUNT ! TIBI MAXIMAS GRATIAS AGERE DEBEMUS !
QUOMODO RES FINEM INVENERIT MIHI GAUDIO EST ! NUNC A VOBIS ABEUNDUM' ST MIHI UT RELATIONEM MEAM AD DECEMNASUTIAE SUMMUM SENATUM REFERAM !
ITA SIT ! ANTE AUTEM MAGNO CONVIVIO INTERESSE DEBES NOSTRO ANTIQUO MORE !
SIC SIT ! EDENDUM' ST !
HOC IPSO TEMPORE APRI NOBIS PAULULUM DESUNT ! OBELIGI AUTEM GAUDIO ERIT IN SUBSIDIIS SUIS NONNULLOS CARPI !
GLUP !
SED EOS CONSERVABAM AD INFELICES DIES...
NOVA OCCASIONE DATA, INSOLITO MORE, CONVIVII MENSA INSTRUCTA EST SUB AREMORICAE SOLE...
GALLI, GALLAE ! AUDENTES FORTUNA JUVAT ! MAGNO ANIMI MOTU MOTUS, MEO NOMINE VICIQUE TOTIUS, EXPRESSURUS SUM NUNC SUMMAM LAETITIAM QUAE EST NOBIS PACEM SERENAM TANDEM RECUPERANTIBUS, ADJUVANTIBUS AMICIS NOSTRIS E NOVO MUNDO VENIENTIBUS, ET...
CUR SUPERSUBOLES, AMICI NOSTRI, A NOBIS ABSUNT ?
EIS QUIDEM CIBUS UNUS EST : CANES CALIDI !
QUID... EDUNT ?!
BARDUS AUTEM UBI EST ?
VELSESENINIX, AD REQUIEM !
NIHIL TIMEATUR ! IN SILVAM ABIIT AD NOVAM HARPAM SUAM EXPERIENDAM QUIETA NATURA SILENTE !
GRRR !
UDERZO


QUALIS ARTIFEX ABEO !... AB ISTIS RUDIBUS IN NOSTRIS ANACREONTICIS CARMINIBUS QUANTUM QUIETIS' ST MIHI !
AT ?... IN SILVAM PROGREDIENTES NONNULLOS AUDIO ! MEMET PERSECUTI ESSENT QUIDAM ONOMATOPOETICORUM VERSUUM ARTEM AMANTES ?
?!
ROMANI !
... ET ILLI DICAM : GALLIA TOTA OCCUPATA' ST, CAESAR !... ET IMPERATOREM QUIDEM ME FACIET !
ASTERIX CELERRIME MIHI MONENDUS' ST !!!
ASTERIX ! ROMANI ! ADEUNT !
NONNE VERUM' ST ? HOC DICIT UT GAUDIO SIT MIHI !
FORTUNA SECUNDA' ST TIBI, PULLE ! MOX INTELLIGES CUR MAGICAM POTIONEM BIBAMUS !
HIC !
IN PRIMIS, VOBIS NIHIL SONARI DEBET ! NECESSE EST ROMANOS CREDERE MONSTRUOSA MANGANI MACHINA NOS OMNES DELETOS ESSE !
CRI...
SUPERSUBOLES TUAS MONE, QUAESO, UT GLOBUM AVERTANT NE SIT EIS TERRORI !
NIHIL OBSTAT !
UDERZO



MIRUM' ST, CENTURIO ! CUM CASTRA NOSTRA DAMNUM PASSA SINT, VICUS TAMEN GALLORUM INTEGER VIDETUR !
PERINDE ! PERINDE ! OPTIO ! NONNE VIDES INCENDIUM FACTUM ESSE !
?
SIGNA INFERTE!!
BANG!
EIA VERO ! PULLE ! QUID DE RE SENTIS ?
MIRACULUM' ST ! UTINAM MAGICA POTIONE VESTRA UTI FRUIQUE POSSEMUS, PRECOR !
UBI GALLI ISTI ABIERINT, MIHI ADDUCITE HOS DUOS STULTISSIMOS QUI ME IN HOC INDUXERUNT !
PERINDE, CENTURIO !
- UDERZO -


ITA' ST ! FUGIT IRREPARABILE TEMPUS ! NOBIS ABEUNDUM' ST ! NOS OCCULTI TELI VESTRI VIM TIMUISSE PAENITET !
ITANE ! ERRARE NON SOLUM HUMANUM' ST !
NON TANTI HOC' ST ! ITER LONGISSIMUM FECISSE NON USUI EST NOBIS IN UNIVERSO TOTO MAXIMOS SE IPSOS ESSE OBLITIS !
NUNC, QUOD DIXIT VERUM' ST !
?!
38A
AT EGO ?... QUID MIHI ACCIDIT ?!...
OIEI ! OMNIA EXSPECTABAM PRAETER HOC UNUM !!!
QUIDUM ? QUAE IN HOC PISTRINO VENIENDI CAUSA' ST ? SUBLIME, IN STELLA MEA, TANTUM VALEBAM !
?
PROFECTO ! HI SUNT AUTEM ALIQUI INOPINATI MORBI E MAGICA POTIONE MEA EFFECTI, INTERPOSITA MORA !
EHEM ! CREDEBAM TAMEN TE FALSAM POTIONEM FECISSE, OMNIPOTENTIX !
CRESCERE DESINIT ILLE, UT VIDETUR !
38B
ET NUNC QUID AGAM AD GLOBUM MEUM INTRANDUM, QUAESO ?
NIHIL TIMORI SIT TIBI ! POTIO MEA PERMANENTES EFFECTUS NON HABET ! MOX, OMNIA IN ORDINEM ADDUCENTUR !
RECTE DIXIT ! MAXIMUS IN UNIVERSO TOTO' ST !
38C
33
- UDERZO -


PULLUS DECEMNASUTUS SOLUS NON EST QUI DRUIDAE MAGICAE POTIONIS EFFECTUS EXPERIATUR...
NUNC TEMPUS MIHI LONGIUS VIDETUR ! MEAM STATURAM, SINE MORA, MIHI REDDITE ! SINE QUA, IRASCI INCIPIAM EGOMET !
IRA FUROR BREVIS EST ! HAC RE DELECTARI NON VIDETUR ! ALIQUID TIBI AGENDUM' ST, OMNIPOTENTIX !
HOC SCIO, ASTERIX ! MIHI REMEDIUM INVENIENDUM' ST, ETIAMSI TOTAM NOCTEM PERVIGILEM !
39A
ET NOX IN VICUM CECIDIT... NONNULLI AUTEM NON DORMIUNT...
CIRCUMFERRI ISTO MODO CIRCUM ME DESISTITE ! EX QUO MIHI CONSEQUITUR VERTIGO !
LUDITUR CERTE ! ILLI AUTEM PAPILIONES CANDELAE LUMINE ADTRACTI VIDENTUR !
39B
33
UDERZO


ORITUR TANDEM LUX IN VICO.
TUM, O DRUIDA NOSTER, QUID TIBI DE CONTRA POTIONEM POTIONE ?
TOTAM NOCTEM PERVIGILAVI, REMEDII AUTEM RATIONEM TANDEM INVENI, ASTERIX !
ITANE ? CERTUS ES ?
ENIMVERO, SCIENTIA MEA TIBI EST DUBITANDA, NEBULO ? AGE NUNC ! AC POTIUS HANC OLLAM AD DECEMNASUTI PEDES MIHI AUFER !
EHO ! AMICE ! TIBI POTIONEM FERO QUAE OMNIA REFECTURA'ST !
ITANE ?... NUNC ETIAM BENE CERTIOR ES ?
NE TU QUIDEM ! NOLI REM REPETERE !
40A 33
BENE SIT TIBI, PULLE ! SED IN PRIMIS NOLI HAC ABUTI !
GLOP!
UTINAM HAEC EFFICIAT !
PSSSCHHHHH
ECCE PUER !
EHEM !... HIC' ST, SED...
40B 33
UDERZO


TIBI GRATIAS AGO ! NIHIL JAM SPERABAM ! PRODIGIA PERFICIS, DRUIDA !
HAHAE ! HAUD SANE MULTA FECI !
BOING !
HEU ME MISERUM !... COLOREM MEUM PERDIDI !
NESCIO AN NIMIUM SEPIAE ATRAMENTI QUID REMOVERI NON POTEST ADDIDERIM !
QUIN ETIAM, REMOVERI NON POTEST !
NE PERTURBEMUR ! HOC CORRECTURUS SUM !...
FORMAE TUAE AUTEM PULLUS VESTIS CONGRUERE MIHI VIDETUR, NONNE SCIS, MI PULLE ?
SNIF !
PAULO POST...
ECCE DECOCTA DENSETAQUE VIOLAE PARMENSIS AQUA QUAM BIBENS COLOREM TUAM RECUPERARE POTERIS !
CERTUM HABES ?
SENEX DELIRUS SUM, PROFITEOR, ET QUIBUSDAM TEMPORIBUS ERRARE POSSUM, QUAESO AUTEM UT MIHI FIDEM ETIAM HABEAS, MI PULLE !
IN HOC TEMPORE SI REM MALE GESSERO, BARBAM MEAM ME TONSURUM ESSE JURO !
GLOP ! GLOP !
VALETE, AMICI ! NUNC AUTEM STELLAM MEAM IN PERPETUUM REPETO !
COLOREM MEUM RECUPERAVI !
OPTIME ! OMNIPOTENTIGIS BARBA TANDEM SERVABITUR !
POSTHAC RES IPSA ALIQUANDO JAM ME MONEBIT PAULO MINUS VISENDI STUDIUM PONERE ! JAM NUMQUAM POTIONES VESTRAS GUSTABO, GALLI !
UDERZO



EGO QUOQUE PRODIGIA PERFICERE POSSUM ! UT ISTAE RIDICULAE RES GESTAE IN OBLIVIONEM CADANT, EFFICIAM TANDEM NE ULLAM MEMORIAM EARUM TENEANT GALLI !
EIA VERO ?!... QUID ETIAM NOBIS FACIT DECEDENS DECEMNASUTUS ?!!!
DELIRAT ILLE ! NOS OBRUTURUS'ST !!
BROOOOOOFFFFFF!
RROAK ?
- UDERZO -


AD OPERAM PERFICIENDAM IDEM NUNC EFFICIAMUS IN ROMANORUM CASTRA... DEINDE... VALEAT TERRA !
MIRA' ST HAEC NUBIS CALIGO ?
PRAECIPUE IN HOC TEMPORE ANNI !
CASA MEA !
?
CASA CASURA' ST ULTIMA !
?
?!
CASA MEA INCENSA'ST ARBORQUE MEA !
?!
HÉ ! HÉ ! HÉ !
UDERZO


QUO FACTO CERTE MODUM EXCESSISTIS ! ET VOBIS IPSIS QUOD DELEVISTIS NUNC REPARANDUM' ST ! HOC INTELLEXISTIS ?
CERTE QUIDEM NON EST ISTA MEA CULPA !
AT NULLA CULPA IN NOBIS FUIT !
HAEC AUDIRE NOLO !
VOS AUTEM ADJUVABO AD NOVAM ARBOREM CELERRIME CONSERENDAM !*
* IN "DEORUM DOMICILIO" CONFERTUR
CARPE DIEM, ASTERIX ! NESCIO QUID MONET NOBIS OPTIMUM TEMPUS ESSE APRI CARPENDI !
UT DICERE SOLES, OBELIX !
HUAH !
PAULO POST...
QUOD AD CONVIVIUM NECESSE EST ADFERIMUS, MANUMILITARIX !
AETERNUM SPERAVIMUS ! JAM TANDEM CONVIVII CELEBRANDI TEMPUS INSTAURATUM NOBIS ERIT !
QUOMODO TANTUM SUBSIDIORUM MEORUM ABSUMERE EGO POTUERIM, ADMIROR ?!...
44A 33
ITAQUE, INSOLITO MORE, NOVARUM RERUM GESTARUM OBLITI, IN VICO INVICTI GALLI, STELLIS LUCENTIBUS, MAGNUM CONVIVIUM PARAVERUNT OB EAM UNAM CAUSAM QUIA MAXIMO GAUDIO ILLIS ERAT VIVENDI MODO IPSO LIBERTATEQUE FRUI... NONNULLIS EXCEPTIS !
CRAC! BOUM! HUUUE !*
TZOING! TZOING!
GALLAE ! GALLI ! NUNC EST BIBENDUM !... HOC POCULUM... ME AUTEM IPSUM CANTARE EUM PASSUM ESSE ME PAENITET !
MUM... HOC, OPTI.... MUM, HOC' ST !
SCROTCH ! SCROTCH
NESCIO CUR MIHI IN MENTEM VENIAT HAEC INTERROGATIO ESSE ALIENAS VITAE FORMAS IN ALIO MUNDO AC IN TERRA, CREDISNE ?
QUIS DIXERIT, ASTERIX ? QUIS DIXERIT ?
VELSESENINIX, AD REQUIEM !
ACTA EST FABULA !
UDERZO 5-05
* NOVO CANTANDI MODO

« Hoc opere mihi venerandus sit magnus Jadsylwien, vel Decemnasutus... veniam peto, magnus Walt Disney qui, clarissimus mirificissimusque druidarum, nobis permisit, mihi nonnullisque collegis meis, incidere in potionis ollam cujus magnum arcanum unus tenebat. ».

Albert Uderzo

© 2007 LES ÉDITIONS ALBERT RENÉ / GOSCINNY-UDERZO
Dépôt légal : mai 2007
Impression en avril 2007 - n° 208-2-01
ISBN 978-2-86497-208-2

Impression et reliure : Imprimerie Pollina en France - N° L43195

Loi n° 49956 du 16 juillet 1949 sur les publications destinées à la jeunesse

Le Code de la propriété intellectuelle n'autorisant, aux termes des alinéas 2 et 3 de l'Article L.122-5, d'une part, que "les copies ou reproductions strictement réservées à l'usage privé du copiste et non destinées à une utilisation collective" et, d'autre part, que les analyses et les courtes citations dans un but d'exemple et d'illustration, "toute représentation ou reproduction intégrale ou partielle faite sans le consentement de l'auteur ou de ses ayants droit ou ayants cause est illicite" (Article L.122-4). Cette représentation ou reproduction, par quelque procédé que ce soit, constituerait donc une contrefaçon sanctionnée par les Articles 425 et suivants du Code Pénal.

Les Personnages

GALLI

Asterix, igis
(*asteriscus, i*, m. : petite étoile, astérisque)
Petit certes, mais né sous une bonne étoile.

Obelix, igis
(*obeliscus, i*, m. : obélisque)
Ses menhirs sont aussi impressionnants qu'un obélisque.

Notabenix
Il suit toujours les ordres de son maître, ce qui lui donne des idées bien arrêtées.
N. B. *Cave canem !* car, à en croire le poète : *A cane non magno saepe tenetur aper !* («Souvent le sanglier est arrêté par le petit chien», Ovide, *Remèdes à l'amour*, vers 422).

Omnipotentix, igis
(*omnipotens, potentis* : tout-puissant)
Sa potion est la clé de la toute-puissance.

Armavirumquecanix, igis
(«*Arma virumque cano*»)
On raconte que Virgile lui aurait emprunté le premier vers de son *Énéide*.

Manumilitarix, igis
(*manu militari*)
Il dirige son village avec une main de fer très militaire.

Bisrepetita, ae
(*bis repetita placent*)
surnom : **Pepita**
Pour l'épouse du chef, se répéter permet d'avoir toujours le dernier mot.

Mutatismutandix, igis
(*mutatis mutandis*)
En bon forgeron, il sait que c'est en changeant les pièces qui doivent être changées que l'on fait progresser la technique.

Modusvivendix, igis
(*modus vivendi*)
Trouver un mode de vie paisible avec ce poissonnier toujours susceptible sur sa marchandise n'est pas facile.

Senexvelsenix, igis
(*senex, senis*, m. : vieux, vieillard ; *vel* : ou bien)
surnom : **Velseseninix**
En bon vieillard de comédie, il a toujours son mot à dire... ou bien ?... À force de radoter, il prétendra bien un jour avoir le droit de rouler en Scénic.

ROMANI

Antepaenultimus, i
(*antepaenultimus, a, um* : antepénultième)
Ce centurion qui dans ses rêves de gloire se voit bien en *princeps* (premier) n'est toujours qu'un humble avant-avant-dernier, relégué au fin fond d'une garnison de province.

ET ALIENI...

Decemnasutus, i
(*decem* : dix ; *nasutus, a, um* : qui a un grand nez, qui a du flair, spirituel)
Le nom de cet étrange *alienus* (un *alien* tombé du ciel !) est un rébus... à vous de trouver en lisant l'hommage de l'auteur à la fin de l'album.
Venu de la planète ***Decemnasutia***, ce charmant «petit violet» (*violaculus*) porte le diminutif de ***Pullus*** (*pullus, i*, m. : petit animal, poulet, d'où le sens affectueux de «mon poulet»).
Le plus grand sage de la planète Decemnasutia s'appelle ***Gugga'st*** (p. 20) : ce mot est un néologisme créé par le poète latin Plaute dans l'une de ses comédies, *Poenulus* («Le Petit Carthaginois»), jouée à Rome vers 195 av. J.-C. Il désignerait un oiseau de couleur pourpre en carthaginois.

Manganum, i
(*manganum, i*, n. : machine de guerre à balancier, du type de la catapulte ou du trébuchet, dit «mangonneau» au Moyen Âge)
Ces créatures sont de redoutables machines de guerre catapultées sur terre pour des raisons fort peu honnêtes.
Leur planète, ***Gammata*** (*gammatus, a, um* : qui a la forme d'un gamma, gammé), porte la marque sinistre d'une inquiétante «étoile noire».
Leur grand sage s'appelle ***Migdilix*** (p. 21) : dans le *Poenulus* de Plaute, le mot désigne un fourbe, doté d'une langue fourchue.

Muribucco, onis
(*mus, muris*, m. : souris, rat ; *bucca, ae*, f. : bouche)
Ces robots (*organa*) à gueule de rat sont aussi grotesques que le personnage de la grosse farce latine appelé *Bucco* («grande gueule», «bouffon») pour sa goinfrerie.

Lexique

Pages de garde

delirare : sortir du sillon (de la route, délirer (sens figuré)
incidere : tomber (dans)
languidus, a, um : affaibli
millies : mille fois
mihi videor paulo languidior : je me sens un peu trop mou
potio, onis, f. : boisson, potion

Page de titre

cadere : tomber
caput, itis, n. (*ejus*) : tête (de lui)
labor, oris, m. : travail, tâche à accomplir, épreuve (une aventure pour un héros digne d'Hercule et de ses 12 travaux !)
mittere : envoyer (*missus* : envoyé en mission... impossible ?)

p. 2

A. D. N. : *ante Dominum natum* (avant la naissance du Seigneur) = avant J.-C.
L. : (numération) cinquante
castra vallo fossaque communita : camp retranché (protégé par une palissade et un fossé)
crustulum, i, n. : gâteau, bonbon, friandise
demittere : laisser tomber
Gallia, ae, f. : la Gaule (voir les citations)
incola, ae, m. : habitant
invadere : envahir
invictus, a, um : dont on ne triomphe pas, invaincu et invincible ; = les irréductibles (Gaulois)
parvi bonum, i, n. : «bien de peu de valeur» ou «bien d'un petit homme»
pergere (+ infinitif) : continuer de, persister à
somniferum, i, n. : qui apporte le sommeil
subacta : (participe parfait passif du verbe *subigere*) qui a été soumise
vicus, i, m. : village

p. 3

acer, cris, cre : vif, perçant (par l'intelligence)
aliter ab aliis : d'une façon différente par les uns et par les autres
callidus, a, um : habile, rusé
comes, itis, m. : compagnon
conjunctissimus, a, um : très uni (par les liens de l'amitié)
coquere : faire cuire, concocter
cujus (génitif de *qui*) : pronom relatif de liaison (= et le talent de celui-ci, son talent)
cura, ae, f. : soin, occupation ; *ei curae est* (double datif) : il prend soin de, il s'en occupe
demittere de manibus suis : laisser tomber des mains
dicitur imitatus (passif personnel) : on dit qu'il a été imité
druida, ae, m. : druide (le mot n'est attesté qu'au pluriel chez César et Cicéron)
ferre : porter
gerere : mener, accomplir (au subjonctif dans une relative consécutive)
gravis, e : à la fois majestueux et lourd
haberi (passif de *habere*) : être tenu pour
in primis : en premier, surtout
inauditus, a, um : qui n'a pas été entendu à sa juste valeur, inouï, sans exemple
periculum, i, n. : action où il y a du danger
potentissimus, a, um : très puissant
pugnae perite gestae : combats bien menés (par des gens bien entraînés)
praebere (se) : (se) proposer comme
saxum resectum : grosse pierre taillée (= menhir)
subsidium, ii, n. : ressource, réserve
timere (*ne* + subjonctif) : avoir peur (que)
ultimus non minimus : le dernier mais non le moindre
Vergilius, i, m. : Virgile, le célèbre auteur de l'*Énéide* (voir les citations)
vir fortis : homme courageux, héros
vis supra hominis naturam : force physique supérieure à la nature humaine
viscum, i, n. : gui

p. 4

accidit (accidere) : il arrive (un événement malheureux, un accident)
attendere : prêter attention, remarquer
carpere : cueillir
confici (fame) : être accablé, rongé (par la faim)
defixus, a, um : qui reste planté, immobile
desinere : cesser de
esculentus, a, um : bon à manger, mangeable, comestible
fieri : se produire
haerere : être attaché, fixé, comme collé
insolitus, a, um : inhabituel, insolite, étonnant
jocari : plaisanter, badiner
ligneus, a, um : fait de bois
mihimet (renforcement du pronom) : pour moi, en ce qui me concerne
morbus, i, m. : maladie, symptôme
nescio quid : un je ne sais quoi, quelque chose
sic + adj. : comme cela, purement et simplement
sistere gradum : arrêter sa marche
valetudo, inis, f. : santé
videri : sembler, avoir l'air

p. 5

admonere : avertir
celerrime : au plus vite
horrendus, a, um : qui fait peur, horrible
licet (+ subjonctif) : il est permis de
mirus, a, um : prodigieux, extraordinaire, étonnant
nihil amentius : rien de plus fou
pati : supporter, souffrir
signum, i, n. : signe, marque, symptôme
similis, e... atque : le même... que

p. 6

damnum, i, n. : détriment, tort, dommage
fatendum est (*tibi*) : il faut avouer (tu dois l'avouer)
forsan : peut-être par chance
fortuna adjuvante (ablatif absolu) : avec l'aide de la fortune, fort heureusement
gusta(vi)sti : tu as goûté
integer, gra, grum : qui n'a reçu aucune atteinte
lapideus, a, um : qui est fait en pierre
loqui : parler
moveri (passif de *movere*) : se remuer
olla, ae, f. : pot, marmite
opinari : penser, croire
parvulus, a, um (diminutif de *parvus*) : tout petit
pertinere (*ad aliquem*) : concerner (quelqu'un) ; *pertineret* : subjonctif délibératif
plura ne dicam : pour ne pas dire davantage
prodigium : événement surnaturel, prodige
proficisci (*ad* + gérondif) : partir (pour)
quam (*vix gustaveram*) : relatif de liaison (et à peine je l'avais goûtée)
quam celerrime : le plus vite possible
simpliciter : simplement
tamquam si (+ subjonctif) : comme si
torpor, oris, m. : torpeur, engourdissement, apathie

p. 7

carmen, inis, n. : formule magique, chant
coepisse : avoir commencé (d'où faire)
confidere alicui (+ proposition infinitive) : mettre sa confiance en quelqu'un (en espérant que)
constat mihi : c'est un fait établi pour moi, je constate
exsolvere : débarrasser, délivrer
facilis factu : facile à faire
frangere : briser, casser
mentis suae esse : être en possession de sa raison

p. 8

obruere (*obruturus, a, um*, participe futur actif) : ensevelir, écraser

p. 9

computatorium, i, n. (de *computare*, calculer) : appareil qui sert à calculer, = ordinateur (cf. *computer* en anglais)
